

508.

Markgraf Otto übereignet dem Kloster Altenzelle den Zehnten von einem Weinberge bei Camburg und den auf dem Genceberg bei Jena angelegten Weinbergen. **Meißen, 1185 Juni 6.**

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 90. Das an roth-grün-weißseidenen Fäden anhängende S. des Markgrafen ist gut erhalten, = Taf. I. 4. Von Empfängerhand. Vergl. Posse, Lehre von den Privaturk. 20. 5

Anm.: In dorso gleichzeitig: Cirografum marchionis Otonis de decimis collatis claustro nostro vinearum in Chamburg et Genceberg.

In nomine sancte et individue trinitatis. Otto dei gratia Misnensis marchio. In offerendis deo rerum nostrarum decimis | divine legis ammonitione devoti notificamus tam presentibus quam posteris, quod nostre coniugis H[edwigis] liberorumque nostrorum 10 assensu pro nostra | scilicet et predecessorum nostrorum salute de vinea, que nostre proprietatis est in Chamburg^{a)}, que Lvuonis quondam fuisse dinoscitur, et, si quid in reliquum eidem vinee de nova plantatione accreverit, decimam contulimus claustro nostro, quod vocatur Cella sancte Marie, quod divine remunerationis intuitu construximus de nostris sumptibus in episcopatu Misnensi contra meridiem Milde fluminis. Similiter de 15 monte, qui vocatur Gehnceberg^{b)}, qui nostre proprietati ex parte sui meridiana, sicut coram imperio diffinitum est, pertinet, statuimus, ut de vineis in eo iam plantatis videlicet seu adhuc plantandis decima tota predicto cenobio annuatim persolvatur. Sane in futurum providentes ecclesiastice utilitati circumspecta nichilominus de liberatione statuendum duximus, ut ad cuiuscumque persone possessionem prelibati montis vinee ratione pro- 20 prietatis seu obtentu beneficii ex nostra vel heredum nostrorum largitione futuris temporibus devolute fuerint, omnes decime exinde surgentes sopita omni contradictione et indebite tergiversationis^{c)} occasione sepe dicto cenobio integraliter assignentur. Ut igitur nostre subscriptionis pagina rata et inconvulsa perpetuo maneat, proprio sigillo et ydoneis testibus eam insigniri fecimus, quorum hec sunt nomina. Martinus Misnensis episcopus. Her- 25 mannus decanus. Anshelmus custos. Egeno. Sigemundus. Walterus. Bruno. Magister Rvdolfus capellanus. Laici. Primizlaus advocatus. Siffridus de Mugelin. Fridericus de Marus. Rvdolfus de Muchoua. Gerbrandus de Salsiz. Cvnradus de Hagensberc. Albertus de Chvnigestal. Rvdolfus de Batin. Cvnradus de Ugliz. Bertoldus camerarius. Cvnradus de Cuningestal. Hirnfridus de Culsove. Henricus de Bûhivi^{d)}. Acta sunt 30 hec in Misna VIII. idus iunii anno ab incarnatione domini MCLXXXV, indictione III, Friderico imperatore regnante, Withelio^{e)} abbate.

(S.)

509.

Bischof Uto von Naumburg eignet dem Nonnenkloster St. Stephan zu Zeitz verschiedene Güter zu. — 35
Zeugen: Der Stiftsvogt Markgraf Dedo, dessen Sohn Markgraf Konrad und Markgraf Otto.

Gedr.: Thur. sacra 632.

Naumburg, 1185 Juni 29.

— — Huius autem rei testes adhibuimus maioris ecclesie in Nuwenburg prepositum Theodericum, decanum Hartmannum, magistrum Cunradum custodem, Volcwinum, 40

508. a) chamb. b) gehnceb. c) tergiversationis, das letzte i ist auf Rasur aus e corrigirt. vi
d) bûhi. e) witheliû.